Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.
Wien, 1802 Seite 2209
Quelle:
Copyright:

pias de Mysteriis Vitae et Mortis Christi Precationes continet, praemisso singulis Loco e veteri, novoque Testamento depromto. Titulus est: *Herliche Vnndt Schöne Gebedt mitt sehr Künstlichenn innkupffer gestochenenn Auch Herlichenn Beilluminiertten Figurenn von der Entpfengnüs Christi ins fleisch, auch vonn der Geburt, Lebenn, Vnnd Wandell, letzlich auch vonn dem Leidenn vnndt Sterbenn Ihesu Christi, Durch die Vier Euangelistenn Beschriebenn. 1584. den 1 Januarij.* Librarius redundantes Literas tam liberaliter admensus in mentem mihi revocat nobilem ejusdem aevi Virum, qui ajebat: *Ego semper literam l et t duplico, et tamen sunt, qui queruntur, se scripturam meam difficulter legere.* Ad singulas porro Orationes adest Icon ab a. 1579. inventa a *Mart. de Vos*, aeri incisa ab *Joh. Sadeler*, et coloribus admodum venuste illusa a quodam, qui ad Christi in Monte Oliveti agonem auro adnotavit Μονογραμμα ex A et P cum anno 1584. quem annum etiam Theca exterius praefert. Numerus Iconum Vitae Christi 12. sculptarum partim *Coloniae*, partim *Antverpiae*; Passionis vero 9. et illae quidem forma 8va. hae autem 4ta.

DCCCCXXXI.

C. 987 Codex membraneus germ. Sec. XVII. Folior. 220. 12. pereleganter variis coloribus exaratus, ornatusque Picturis XX. Mysteria Passionis vivide repraesentantibus hoc titulo est: *Dass vnschuldige Leyden, heil. Blutvergiess. vnndt Heyllwürdtiger Tod vnnsers Erlösers Jesu Christi. Mitt schönen figuren geziret, auch mit schön betrachtungen vnd gebetten zusam getragen. Anno. 1629.* Itaque praeviis Evangelistarum textibus pia de patiente Servatore Exercitia ab ingressu in *Jerusalem* usque ad *Sepulturam*, in quibus plus saepe probae et castigatae dictionis, quam vulgo ab illo aevo expectes. Margines observationibus exegeticis et liturgicis adspergunturur. *Folio* 1. legitur: *Dono datus ab Aug. Imperatrice vidua Elisab. Christina 1748.* Theca argento deaurato dives.

DCCCCXXXII.

Codex membraneus germ. Sec. XVI. Folior. 180. perquam nitide in 12. exaratus, et adlatus e Parthenone Halensi Tyroleos complectitur Institutiones ad rite fundendas e Catholicae Ecclesiae mente Preces, Precumque Formulas in usum Principum, Autore *Petro Canisio* celebri illo Fidei orthodoxae per *Germaniam* statore, qui eas latine conscriptas *Ferdinando* Archiduci *Caroli Styriaci* filio tunc *Ingolstadii* literis operam danti, post Imperatori Rom. ejus nominis II. dicavit e *Friburgo Helvetiae* a. 1592. Hic vero in vernaculum sermonem a *M. Blasio Laubich*, qui Archiduci a Sacris erat, versae comparent hoc titulo: *Hanndbüchlein der Andacht, darinen ein Christlicher* C. 957

vnnd